Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

Anonymus, De Officio

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

Pro quibus & qualibus uirtutibus
horae diei & noctis in ecclesia dei
a xpistianis colantur. Primo nocturnalis laus cantatur pro ipsis uirtutibus
quas deus in nocte perfecit. hoc est hora
noctis media occidit dominus omnia
primogenita in aegypto. Liberans
de seruitute populum suum. hora
noctis angelus domini pastoribus apparuit.
Nuntians eis gaudium magnum de
natiuitate saluatoris. hora noctis
media sponsus uenit. euangelio dicente. Media nocte clamor factus est. ecce sponsus uenit.
hora noctis illi tres exploratores
ab raab promissionis iesu naue
missi liberati sunt. hora noctis
media u prudentes uirgines habentes lampadas splendidas in nuptias sponsi introierunt intus. hora
noctis petrus apostolus ab angelo liberatus est de carcere. hora noctis media
paulus & silas de carcere liberati sunt.

hora noctis media iudicium dei de mundo
magno impetu incipiat. hora pullorum
cantus petrus dominum negauit. & per fletum
reparationis fidem recuperauit.
Matutina autem hora ideo celebratur
quia in ea dominus operatus est miracula.
hora enim matutina dominus populum suum
de manu pharaonis & aegyptiorum liberauit. hora matutina dominus aquas maris
rubri in duas diuisit partes. & populum
per mare siccis pedibus ambulantem
deduxit. hora matutina moyses dux
populi dei laudem deo toto mundo
praeclaram cum suo populo pro liberatione
cantauit. hora matutina exercitum pharaonis regem aegypti cum omni
exercitu suo liberator suus in profundo
maris demersit. hora matutina
manna de caelo pluit populo dei
in deserto temporibus moysi
in ... est. hora matutina totus
mundus renouatus est. hora matutina dominus & saluator noster a mortuis
resurrexit.

Hora matutina dominus omnes patres animas iusto-
rum de inferno liberauit. Hora matutina
christus a mortuis resurrexit. Hora matu-
tina uolucres celi conlaudant creatorem.
+ Hora prima iudei cum principibus consilium
fecerunt ut inuenire potuissent quomodo
+ eum perderent. Hora tertia danihel propheta
in lacu leonum a domino uisitatus est. Hora
tertia ihesus saluator noster nostre redemp-
tionis causa cruci adfixus est. Hora ter-
tia spiritus sanctus in specie ignis super apostolos infusus est.
Hora tertia signum crucis in frontibus uiuorum
gloriosum atque dolorosum positum est.
+ Hora sexta christus in cruce pependit. Hora
sexta tenebrose nox totum mundum obscu-
rauit. Hora sexta tota terra tremuit
et simul tota corpora mortuorum dominus susci-
tauit. Hora sexta uelum templi scissum est.
Hora sexta sol in celo obscuratus est. Hora
sexta terre motus magnus terminos suos con-
fregit. Hora sexta christus in celos ascendit.
Hora sexta uisio uas plenum cum mundis et in-
mundis animalibus sancto petro monstrabili

mysterio ostensus est. Hora nona ich-
iustus semper manducare iussus est.
Hora nona saulus qui postea paulus de
creatore uocatur electus domino in uia est.
Hora nona christus de cruce uoce magna
clamauit et inclinato capite spiri-
tum dedit. Hora nona latro in monte
christum agnouit et rogauit ut cum christo
paradisum introire mereretur. Hora nona
petrus cum iohanne ascendit in templum
et inuocauit ihesum et sanauit paraliticum
[illegible] a utero matris claudum. Hora nona
paradisi porte apte sunt.
Hora nona nostra peccata [illegible].
Hora nona infernum portas confregit.
Hora nona preda [illegible] est in in-
ferno a christo inimico [illegible] for-
titer ligato. Hora uespertina sol
in celo stetit donec uinceret filius nun
inimicos suos [illegible] superauit.
Hora x dominus cum apostolis [illegible]
Hora xi dominus post [illegible]
ante passionem suam [illegible]

hora xii xps adorauit in monte oli-
ueti ascendit. & orauit patrem toti uice
agens peccatricis non habens sudorem
corporis sui rorem sanguineum in terram
effudit. ut omnes nos miseros & scelera-
tos de morte liberaret. & ut nos usque
perseuerantiae agere doceret.
Sexta die operatus est deus omnia opera sua.
Sexcentesimo aetatis noe anno facta est
diluuium. Sexta mundi aetate facta est re-
medium hominum per baptismi sacramentum.
Sex aetates mundi. hae sunt. prima aetas
ab adam usque ad noe in qua haec facta est.
Femina de costa formatur. Adam trans-
greditur. paradisus deseritur. muro
igneo circumdatur. terra maledicitur.
Sanguis primi martyris abel funditur.
abel mors inuenitur. Enoc cum deo trans-
latur de mundo. prima ciuitas aedi-
ficatur & alia mirabilia multa.
noe nascitur. Secunda aetas a noe usque
ad abraham. & hinc haec facta est. arca fabri-
cata. diluuium facta. babylon constructa.
turris alta. linguae confusae. gentes
diuisae. arcus in celo ostenditur primo.
& alia plurima. Abraham nascitur.
Tertia aetas ab abraham usque ad dauid.
& in illa facta sunt haec. id est ignis
& sulphur de celo super u. ciuitates
sodoma & gomorrae. segor. sebim.
seboim. isaac nascitur & immolatur.
abraham circumciditur. moyses oritur.
lex datur & scribitur. aegyptus
plagis percutitur. israhel liberatur. mare
diuiditur. manna de celo datur.
terra repromissionis inuenitur & diuiditur.
& alia innumerabilia; dauid nascitur.
Quarta aetas a dauid usque ad trans-
migrationem babylonis. & in hac facta
sunt haec. id est golia superatur
dauid rex ordinatur. psalterium canitur.
salomon nascitur. templum aedificatur.
helias in corpore usque ad celum
ducitur. sol x horis in celo retro
reditur. roma aedificatur. hierusalem
distruitur. templum incenditur.
populus captiuus in babylonem ducitur
& alia satis multa;

Quinta etas a transmigratione babi
lonis usque ad xp̄m. & h[ec] tunc facta sunt. tem
pus. in fornace liberantur. populus de
captivitate regreditur. hierusalem & tem
plum reedificantur. [illegible]
bel distruitur. daniel de leonibus liberatur.
babylon distruitur. & ad nihilum redigitur.
[illegible] a toto mundo census [illegible] redditur. xp̄s nascitur.
Sexta etas a xp̄o usque ad iudicium. in qua lex
& mors distruuntur. vita [illegible]. d[eu]s homo
efficitur. [illegible] induitur. [illegible]
in [illegible] ducitur. [illegible] impiorum [illegible]
gatur. virgo sine viro mater quae peperit
filium quem habuit patrem. xp̄s baptizatur
crucifigitur. xp̄s resurgit. in celos
ascendit. mundus per xp̄m iudicatur. hierusalem
destruitur. templum ad nihilum redigitur.
[illegible] mutatur. adque adoratur. [illegible]
[illegible] xp̄s crudeliter pugnat
sol in tenebris vertitur luna in sangui
ne mutatur. celum ut pellis volvitur.
[illegible]
[illegible]

Sex menses inter conceptionem iohan
nis & conceptionem xp̄i. Sex menses
inter nativitatem iohannis bap
tistae & nativitatem xp̄i. Sexto die primus
homo factus est. Sex idriae aquae ple
ne [illegible] in [illegible];
Septem dona sp̄s s̄ci quae fuerunt in
[illegible] quos per hominem ad deum habuit
ad emendationem transgressionem [illegible]
Sp̄s sapientiae qui [illegible] providentiae nomen
[illegible] in adam quando [illegible]
[illegible] uxori dixit. Ecce os de ossibus
meis & cetera. Sp̄s intellectus qui in noe
fuit quando [illegible] arcam fecit in
typum ecclesiae. Sp̄s consilii qui in abra
ham fuit quando dixit uxori suae in aegypto.
Dic te esse sororem meam [illegible]
[illegible] Sp̄s fortitudinis qui
fuit in isaac quando dixit ad [illegible] filium
[illegible] gladio. Sp̄s scientiae qui fuit
in iacob quando [illegible] in rachel
& [illegible] dixit [illegible]
[illegible] Sp̄s pietatis qui fuit in moyse
[illegible] populo tuo hanc [illegible]
[illegible] Sp̄s timoris [illegible] quando dixit [illegible] mihi [illegible]
[illegible]